

nem, multa facta esse miracula: Ergo vel inde
cam ut piam & Deo gratam stabiliri.

97. Quanquam verò inficias minimè imus, ad
memorias & sepulchra martyrum, & aliorum
Sanctorum edita fuisse miracula, plura tamen si-
cta, quam vera: non tamen statim fuerit conse-
quens, ab ipsis sanctis, corundemq; reliquijs ea
fuisse edita.

98. Quod si enim vera illa fuerunt miracula &
cum causa eorum efficiens est Deus ipse: Causa
finalis: non invocatio sanctorum, non cultus reli-
quiarum: Sed Confirmatio illius doctrinae, quam
in vita illi sunt professi, & suo sanguine contestati.

99. Si fictitia fuerunt miracula, illusionibus Sa-
cramentis ex permissione divinâ, hominibus obiecta:
Quid quæso ea ad confirmationem Articuli fidei?

100. Obvertunt & illud: Vivorum mutuas pro-
cessus implorari à fidelibus: Quid n̄ ergo liceat de-
functorum intercessiones efflagitare?

101. Sed diversissima est facti utriusque ratio:
Primi illud præceptis nititur. 1. Tim. 2, 1. Iac, 5, 6.
promissionibus gaudet. Gen. 20, 7. Ioh. 42, 8. Ex-
emplis constat: Abrahæ pro Sodomitis: Gen. 18. Pau-
li pro socijs in nav. Act. 27. Hoc verò posterius ni-
bil tale haber.

102. Concludimus ergo Cultum sive Invocatio-
nem sanctorum, Scripturis Sacris repugnare;
Orthodoxæ & veteris ui Antiquitati adversa-
ri, multis denique etatum ac sacrilegiorum
scatere errorib;.

Tibi